



DE UNICORNU. 349

cunt, quòd duraturum sit oleum ad filios quo ipse inunctus fuerat, nec aliâ unctione opus fore. Quod quidem ex Talmudicorum conjecturis dependet, quibus filii Regum nunquam ungebantur, nisi aliquo exorto dissidio, ut inter Salomonem & Adoniam 1 Reg. 2. Ad ejusdem dominii perpetuitatem referunt quoque cornu Annæ Matris Samuelis, quod in Deo exaltatum prædicatur 1 Sam. 2. 1. Ubi curiosius quæstionem moventes Talmudici in 1. Megila, quare non dixerit Anna, exaltatum est vasculum meum? ipsi respondent, Davidi Salomonique cornu unctis prolongatam esse imperii successiorem, Saule verò & Jehu vasculo unctis cum vita regnum defuisse. Unde cornu familiæ stabilitatem ex mente Annæ non malè interpretabimur, nisi fortasse ad filii Sacerdotium animum converterit præfagum puerpera. Cornu hanc explicationem à Rabinis ut arbitror, hausit Cardinalis Hugo in loci hac enarratione: *Saul inunctus fuit oleo*

P 7

len-